



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1460. usque ad annum 1478

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1768**

**VD18 90118332**

§. 98. Ultima clades ab Helvetiis Burgundo illata

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66459](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66459)

cem præficerent, eoquod illius propria Sæcul. XV.  
 causa potissimam partem in hoc bello A.C.1476.  
 verteretur, cum a Burgundo suis ditio-  
 nibus exutus, omnique recuperandi Du-  
 catus sui spe ejectus esset, ac demum in  
 Gallis asylum quærere compelleretur.

## §. XCVIII.

*Ultima clades ab Helvetiis Burgundo  
 illata.*

**R**enatus ab Helvetiis in Belli Præfectum  
 selectus cum copioso Gallorum E-  
 quitum agmine sibi quantocius a Ludo-  
 vico Rege suppeditato totam Lotharin-  
 giam armis suis emensus est, ac sine ullo  
 suorum dispendio sese Helvetiorum at-  
 que Germanorum copiis junxit. Ita-  
 que cum exercitu suo triginta quinque  
 millium armatorum valido ad Moratum  
 urbem decimo obsidionis die progreditur,  
 & per solidos tres dies situm, ac ho-  
 stilium castrorum ordinem explorat, dein  
 omnes suas copias in unam duntaxat a-  
 ciem instruit, suosque equites, ne ab ho-  
 stibus circumfundi possent, ad utrumque  
 exercitus cornu collocat, ac postquam  
 a die decima nona usque ad vigesimam  
 tertiam otiosus subsistere credebatur, tan-  
 dem in Burgundiones toto impetu irruit,  
 prius tamen Moratensibus præfidiariis  
 ex condicto signum dedit, quo & ipsi e-  
 Hist. Eccles. Tom. XXIX. O o ru-



Sæcul. XV.  
A.C. 1476. ruptione totis viribus facta in primam  
 Burgundionum aciem prorumperent, ipse  
 vero interea postremum hostium agmen  
 invaderet. Constituto temporis puncto  
 Moratenses erumpunt, atque a fronte &  
 a tergo in Burgundiones uno certaminis  
 furore invehuntur; Obstabant victoribus  
 hostium aggeres, non sine magno labore,  
 multoque cruore superandi; vicit tamen  
 infracta Helvetiorum fortitudo, qui toto  
 impetu usque ad ipsa Comitum Remontii  
 tentoria penetrantes, vere panicum Bur-  
 gundionibus incusserunt terrorem, ac pri-  
 ma eorum acie cæsa fugataque, Comi-  
 tem cum suis ad medium agmen citato  
 pede retrocedere compulerunt. Nec  
 amplius ipsa Remontii præsentia suorum  
 animos erexit, sed ipsi quoque ad ex-  
 emplum primæ aciei spatium ingens tam  
 præcipiti fuga emensi sunt, ut suos etiam  
 belli Præfectos secum licet invitos ab-  
 straherent. Quantocius Helvetiorum e-  
 quites ad exercitus latera positi fugiti-  
 vos tanta cædis aviditate insequuntur,  
 ut nequidem captivos facere solliciti, pe-  
 nes omnes interficerent.

Referunt Scriptorum nonnulli, in hoc  
 prælio cecidisse quatuordecim millia Bur-  
 gundionum, qua ferro jugulati, qua Mo-  
 ratensi lacu submersi; alii vero Historici  
 occisorum numerum ad octodecim, aut  
 omnino viginti millia augent. Hos in-  
 ter



ter præcipui erant Joannes Lucembur-<sup>Sæcul. XV.</sup>  
 gicus, Connestabilis S. Pauli filius natu <sup>A.C. 1476.</sup>  
 major, Grimbergus, Jacobus de Maës ve-  
 xilifer. Insuper Comes Remontius Co-  
 mitatus sui partem, quam reliquam ha-  
 bebat, amisit; Dux vero Burgundiæ o-  
 mni cunctatione remota Bisantium con-  
 tendit, veritus, ne Helvetii victricia sua  
 arma in hanc quoque provinciam exten-  
 derent. Lotharingus autem media spo-  
 lii parte accepta ad decem annos cum  
 Germanis, atque Helvetiis foedus per-  
 cussit.

## §. XCIX.

*Sabaudia Ducissa per vim rapta, ac  
 jussu Burgundi Roveram delata.*

Interea Burgundus consilia, quæ Sabau-  
 dia Ducissa cum Ludovico XI. agita-  
 bat, edoctus, inconstantiam ejus præve-  
 nire statuit; quocirca eam per vim ab-  
 duci jussit, dato hanc in rem negotio cui-  
 dam ex suis subditis Olivario Marchia-  
 no, qui tum temporis Genevæ agebat.  
 Hic Ducissam abripere, ejusque liberos  
 in Burgundiam deferre jussus, mandatum  
 Ducis in publica via, quæ Cambrio Gene-  
 vam ducit, exequitur; Ducissa præter o-  
 mnem expectationem ac periculi timorem  
 militibus cincta unacum filio suo secundo  
 genito, atque utraque filia capitur, & pri-  
 mum